

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 45

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Causa seu titulus ex quo verborum obligatio nascitur est stipulatio; hinc verborum obligatio accipitur in hoc titulo per metonymiam, effectus nimirum pro causa, agitur enim in hac rubrica, quae admodum in instit. eodem de stipulatione tanquam matre generante verborum obligationem. pro quia verò hoc materia in d. just. l. 3. tit. 16. 17. 18. 19. et 20 sufficienter elucidata est, non vacat de aliis illa <sup>modo</sup> quippiam aliud differere

Tit. 2.  
De duobus rebus constituendis

In priori tit. agi solet de stipulatione singulorum, in hoc autem de stipulatione duorum vel etiam plurium, ubi adverte, rem <sup>hic</sup> nuncupari à re, non solum enim ille res appellatur, qui accusatur et convenitur sed etiam omnes illi de quorum <sup>re</sup> agitur. Hinc facile

\* resolvitur ista <sup>prima</sup> quaestio: \* Ex quibus

Ex quibus causis <sup>constitui</sup> possunt <sup>esse plures</sup> duo vel plures rei ad credendum, vel debendum, nam R. eos constitui posse non solum ex stipulatione sed etiam ex testamento, negotiis, contractibus, l. 9. §. h. sed l. 2. Quid sint duo rei seu correi stipulandi vel credendi? R. qui eandem rem ab eodem in solidum ea mente sunt stipulati, ut tametsi solida singulis, una tamen utriusque debeat, ab rei seu correi sunt vero correi debendi illi, qui eandem rem in solidum debent.

l. 3. Quae requirantur, ut plures credendi, vel debendi rei fiant? R. 1. ut uterque una eandemque rem. 2. ab eodem et ex eadem causa; 3. eadem mente stipuletur, ut utriusque debeat, pr. just. hinc ex qua descriptione facile intelligitur requisita ad constitutionem duorum reorum debendi, nimirum, quorum singuli eandem rem eadem ex eadem causa

Stipulanti in solidum ea mente promiserunt, ut soli-  
geli in solidum, una tamen rem omnes debeant, W. In. h. Lib. 45.

129  
L. 4. Possitne solutio in solidum uni ex reis sti-  
pulant, seu credendi fieri? et R. Vni ex reis sti-  
pulant fieri debetum solvi potest, et omnis dispo-  
sitio obligatio, si solidum sit solutum, §. 1. inst. h.  
Sima.

L. 5. An vicisim solutio peti possit ab uno ex  
correis promittendi, seu debendi? R. affirm. ita  
tamen ut si conveniatur, habeat, si velit beneficium  
divisionis, Nov. 99. c. 1. l. 11. ff. h. ut solvat tan-  
tum rata, nisi Correi sint non solvendo, vel absen-  
tes, vel partes renuntiauerint beneficio divisionis.

L. 6. Quid si unus soluit totum solverit? R.  
Reliqui quidem liberabuntur, §. 1. l. 1. et 3. ff. h.  
sed tamen actionem habet negotium gestorum vel  
agat cessante actione, si sibi creditor cessarit car.

Tit. 3

## De stipulatione

seruati.

Offic titulus onti potest.

## Liber 46.

Lib. 46.

Tit. 1.

## De fideiussoribus et mandatoribus

De fideiussoribus specialibus titulus <sup>agitur</sup> ~~seruati~~ cum  
in iust. l. 3. t. 21 <sup>et dicitur</sup> in l. 3. de rebal.  
tit. 220. Superest, ut breuissime de mandatori-  
bus quidpiam dicamus. igitur

L. 1. Quid sit mandator. R. Mandatores dicuntur  
sunt qui alicui auctores sunt, mandant, ut pecuniam  
v. g. del mutuo, vel aut ut tempus solutionis pro-  
roget, l. si vero, §. si post ff. de mandat.